Fabula Aeliae: Unit 3

3.1 Aelia de Didone Aeneāque Legit

Primā luce Sophronius me Apolloniumque ducit per portam domo ad grammaticum ubi carmina Vergilii discemus. Grammaticus verba dulcia canit et nos signa in libro scribimus. Amamus bene fabulam de Aeneā Didoneque. Dido erat regina nota. Post ex fratre malo fūgerat, vēnit ad Africam, ubi condidit Carthaginem (nostram urbem!). Dum muri urbis condebantur, Aeneas in urbem novam ingrediebatur. Pius Aeneas multos homines--viros, feminas, et iuvenes--in navibus Troiā multis erroribus deduxerat. Cum Aeneam regina vīdit, ad amorem teneri igne cogebatur. Itaque multum tempus cum Aeneā egit, tunc Aeneas ad matrimonium eam duxit, ut videbatur Didoni. Parvum post tempus, cum is muros ad urbem addidit, deus ad Aeneam accessit et dura verba loquebatur, “Nondum opere tuo cedere potes. Urbs vera tibi non est Carthago. Fuge ex Africā et i ad Italiam!”

3.1 Nota

grammticus, -i m. - teacher of grammar (lit. **“grammarian”**)

Vergilius, -ī m. - **Vergil** (wrote the Roman epic poem, the *Aeneid*, which was the standard Latin text for young children)

signum, -ī n. - sign, mark (here “notes”)

Dīdo, Dīdōnis f. - **Dido** (founder of Carthage)

Aenēas, Aeneae m. - **Aenēas**

regina, -ae f. - queen

fugio, fugere, fugi, fugiturum - to flee

Carthago, Carthaginis f. - Carthage

Troia, -ae f. - Troy

ad amorem teneri igne coegbatur: In Roman literature, love is often described as a consuming fire that burns inside the lover.

mātrimōnium, -i n. - marriage (*ducere in mātrimōnium* = “to marry”)

ut - as

Africa, -ae f. - Africa (**the Roman province**)

Ītalia, -ae f. - Italy

3.2 Aeneas Carthagine Egreditur

Cum Dido Aeneam invenit, is navibus Carthagine egredi parabat. Aeneas edidit, “Verba dei sunt itineris causa.” Primum Dido flevit ob amorem. Tum multas horas fuit plena doloris furorisque, sed tacebat. Itaque pyram magnam condidit ubi in flammis ignis se suā manu interfecit. Aeneām amaverat, sed eam tradiderat. Itaque eo tempore propter suam iram perdere eum cupit. Dum moriebatur, Dido suos deos precabatur et ea dixit: “Amor numquam erit inter nostras gentes. Ultor verus ex nostris ossibus orietur.” Post ea oravit, Dido moritur. Fabula reginae est misera, sed mihi placet legere. Nam Vergilius tantā cum arte scribit. Cognovi etiam precis Didonis significationem, quia Sophronius sic me docebat, “‘Ultor eius fuit Hannibal, imperator ex Carthagine, unde ad Italiam pervenerat. Multos annos Romanos terruit et paene Romam perdiderat.” Nondum omnia carmina Vergilii legit, sed cum ea bene didicero, ero laeta!

Nota 3.2

iter, itineris n. - journey

pyra, -ae f. - **pyre**

manu: “hand” (abl. sing. fem.)

ultor, ultōris m. - avenger

os, ossis n. - bone

significātio, -tiōnis f. - meaning

Hannibal: Hannibal, Hannibalis m. - **Hannibal**, a famous Carthaginian general who fought against Rome in the Second Punic War.

imperātor, imperātōris m. - military general

Rōma, -ae f. - Rome

paene - (adv.) almost

3.3 Aelia de Disciplinā Feminarum Discit

Meridie, Sophronius nos domum a grammatico ducit. Sed saepe nos ducit ad forum unde naves in mari videre possumus velut Dido. Ibi etiam turba hominum orationes

sapientium audit. Pridie sapientem notum vidimus Marcum Bruttium Rufum. De disciplinā feminarum hortabatur: “Disciplina,” edidit, “puellarum puerumque esse eadem debet. Virtutes quippe feminarum virorumque eaedem sunt.” Sententia eius bona mihi videbatur et in meā mente stetit. Sophronius me legere libros sapientium vetuit, sed tamen semper sapientes in foro audiam, etiam sine magistro.

3.3 Nota

Meridie -at midday

mare, maris n. - sea

velut - just as

Marci Bruttii Rufi: “Marcus Bruttius Rūfus” (a fictional philosopher, who follows the teachings of **Gaius Musonius Rufus**, a stoic philosopher who wrote an extant **lecture** on the benefits of educating daughters.

eadem (nom. sing. fem) and eaedem (nom. pl. fem.) “the same”

virtūs, virtūtis f. - virtue

3.4 Litterae ab Apollonio Athenis Pervenerunt

Idibus Maiis Apollonius ierat Athenas ubi studet sub Alexandro Aphrodisiense, rhetore noto. Pater enim filium suum artem rhetoricum discere cupit, quia mox Apollonius publicam rem accedet. Hodie litterae ab Apollonio pervenerunt! Nunc sub nostrā arbore, ubi tam multum tempus agebamus, eas magnā cum voluptate legam:

Carissimae Sorori,

Pridie tuae litterae pervenerunt et eas legebam. Gaudeo cognoscere de salute matris secundo. Morbum malum multos annos habuerat, sed iam valebit. Alexander Aphrodisiensis multos magistros praestat et me discipulum elēgīt. Oratio et sententia eius mihi placent. Nunc disciplinam eius sequor. Apud eum autem audivi sermones amici Diogenis (sequitur enim Epicurum!). Tace autem de meis studiis novis cum Diogene, amabo te. Nam patri nostro non placebunt. Contra patrem Epicurus publicam vitam non hortatur. Apud Epicurum, omnes homines discere debent, feminae etiam

servique. Omnes enim in Horto bene vivere possunt. Cura ut valeas et scribe mox mihi. Precor pro nostrā matre. Vale.

3.4 Nota

Idibus Maiis: “On the Ides of May”

Athēnae, Athenārum f. pl. - Athens

Alexander Aphrodisiensis: Alexander, Alexandri m. - Alexander; Aphrodīsiensis, -e - of Aphrodisia. **Alexander Aphrodisias** was a **Peripatetic** philosopher, who published commentaries on Aristotle, as well as his own philosophical treatises.

rhētor, rhētoris m. - **rhetor**. (This type of teacher focused on the art of speaking, rhetoric.)

rhetoricus, -a, -um - rhetorical

mox - soon

rem publicam: “politics” (acc. sing. fem.)

Carissimae… vale: Apollonius’ letter is adapted from a **letter** from Marcus, the son of Cicero, to **Tiro**, a freedman (formerly enslaved to Cicero).

Carissimae: “Dearest” (fem., dat., sing.)

morbus, -ī m. - disease

discipulus, -ī m. - student

Diogenes: “Diogenes” (Diogenes, Diogenis m. A fictional character here, but a popular name for philosophers)

Epicurus, -i m. - **Epicurus** (the founder of Epicureanism)

amabo te: “Please” (lit.“I will love you”)

Hortus, -ī m. - the **Garden** (Epicurus and his followers lived in a garden; the Garden was a symbol for the Epicurean way of life that valued simple pleasures like healthy food and friendship.

cūro (1) - to take care

ut valeas: “that you be well”